quū reliquo ex eo qđ dicā. ℂ D.d.dico ꝙ c.⁊ h.cōsequunt̄ ⁊c̄.i.⁊ dico ꝙ gñabile.s.c.⁊ corruptibile.s.h.necessariū est vt ꝯuertant̄ cū posuim⁹ ꝙ a.s.nō gñabile ⁊ b.s.nō corruptibile ꝯuertūt̄: ⁊ h9 declr̄atio est ƀz ꝙ narrabo cū accepimus loco lr̄aꝝ opposita: ⁊ cum declarauerimus hoc in eis ⁊ mutauit declarationez ad opposita in eo ꝙ sunt opposita:qꝛ cū hec ītētio verificabit̄ in oppositis verificabit̄ ēt in eis q̄ sunt sub oppositis: ⁊ fecit hoc vt demr̄atio eēt eēntialis ⁊ prima vt declaratū est in posteriorib⁹ analeticis: qm̄ si hoc declarasset in gñabili ⁊ nō gñabili: ⁊ corruptibili ⁊ nō corruptibili eēt demr̄atio accn̄talis: ⁊ q̄si declararet ꝙ triāgulus isocheles hr̄et tres āgulos duobus rectis equales. ℂ Hoc igit̄ ītēdebat cū dixit:ꝙ fuerūt ƀz ꝙ narrabo ex lr̄is istis quas dicā mō.i.cū accepimus has lr̄as loco oppositoꝝ simplr̄ ⁊ est illđ qđ narrauit. ℂ D.d. ⁊ ēt c.⁊ h.ꝯsequūt̄ se.i.dico cum accepimus has lr̄as quas accepimus loco gñabilis ⁊ nō gñabilis: ⁊ corruptibilis ⁊ non corruptibilis loco oppositoꝝ simplr̄ ita ꝙ a.⁊ b.ꝯuertāt̄: ⁊ tūc c.⁊ h.cōuertēt̄. ꝯditiōes aūt ī istis duab⁹ sūt due.s.vt vtraqꝫ diuisio diuidat verū ⁊ falsuz in oīb⁹ entib⁹: ⁊ vt vn⁹ vnius diuisionis ꝯuertat̄ cū vno alterius. ℂ Et cuz posuit ꝙ cū a.⁊ b.ꝯuertant̄ neccīuz ē ꝙ h.⁊.c.ꝯuertātur:q̄uis ipse nō ꝓpalauit illud qđ est q̄si p̄cedēs:sz illđ qđ est q̄si ꝯn̄s iduxit demr̄ationez super hoc. Et dixit.a.aūt ⁊c̄.i.nō cadūt sup idē:sz h sup rē: ⁊ h sup aliā rē.i. ⁊ demr̄atio hui⁹ vt ꝓponamus huic qđ ꝓponendū est ex eis q̄ ꝓposuimus: ⁊ est ꝙ a.s.vnū oppositoꝝ: ⁊ c.s.alteꝝ oppositoꝝ nō dicāt̄ isimul de eodē: ⁊ silr̄ alia duo opposita.s.b.⁊ h. ℂ Et cum posuit has duas ꝓpōnes dicit:si igit̄ ita sit h.⁊ c.sunt ꝯn̄tia se:cū posuimus a.⁊ b.ꝯn̄tia se. ℂ D.d.demr̄ationē hui⁹ ducentē ad incōueniēs: ⁊.d.sit igit̄ c.non ꝯn̄s h.⁊c̄.i.qꝛ cū c.nō seq̄bat̄ h.i.cū c.nō dicat̄ de h.necē est vt dicat̄ de hoc oppositū qđ est a.cū c.⁊ a.nō dicant̄ insil de eodē neqꝫ denudet̄ ab altero eoꝝ ens. Et cū ꝓposuit ꝙ sic.non dicat̄ de h.necē est vt ipse dicat̄ a.de ipso ꝯiūgit huic ꝓpōnē quā p̄mo posuit: ⁊ est ꝙ a.⁊ b.dn̄r đ se īuicē: ⁊.d.a.aūt ⁊ b.cadūt sup idē: ⁊ ī vtroqꝫ illoꝝ.iō positū est ꝯuerti cū suo cōpari cū dicant̄ de eodē qđ est eoꝝ subm̄. ℂ D.d.cōseqt̄ igit̄ h.ad b. qđ est ipoı̄e.i.cū posuim⁹ ꝙ h.ꝯsequat̄ a.⁊ b.ēt c.ꝯsequat̄ a.necē est vt h.ꝯsequat̄ b.i.ꝙ sit h.b.erit:sz iaz posita fuerūt opposita nō ꝯueniētia eidē:qđ ē ipoı̄e. ⁊ cū declarauit ꝙ si a.⁊ b.ꝯuertant̄ necē est vt c.⁊ h. ꝯuertant̄ icepit declr̄are ꝯuersum.s.ꝙ si c.⁊ h.ꝯuertātur necē est vt a.⁊ b.ꝯuertant̄ ⁊ dicit: ⁊ silr̄ erit actio de a.⁊ b.i.⁊ silr̄ cōparabunt̄ in demr̄atione ꝙ a.⁊ b. cōuertant̄ adiuicē:cū posuimus ꝙ c.⁊ h.ꝯuertant̄.

Nota ꝙ incipiēdo ab isto textu vsqꝫ ad 139. ē maxia diuersitas inter textū nr̄z ⁊ textū cōmēti: ⁊ h textus videt̄ correspōdere ptiz. 112.ptim. 133.

ℂ Dicere itaqꝫ nihil ꝓhibere factū eē qđ incorruptibile ⁊ ingenitū exn̄s corrūpi:semel exn̄te huic qdē gñatiōe:huic aūt corruptione:pimere est datoꝝ aliqd. Aut eni īfinito: aut q̄zto quodā đterminato tpe pn̄t oīa:aut facē:aut pati:aut esse:aut nō esse. Et īfinito ꝓpter hoc qꝛ determinatuz est aliqualiter īfinitū cuius nō est plus. Qđ autē secunduz quid infinitum neqꝫ determinatum.

Infinitū aliqualr̄ est determinatum.

ℂ Dico ꝗ ꝙ nō gnābile.s.a.differt a gnābili scꝫ c. Et ꝙ nō cōruptibile scꝫ b.differt a corruptibili.s.h. Et a.⁊ c.nō cadūt insimul sup idē:neqꝫ b.⁊ h.cadūt ēt īsimul super idē sicut diximus supius. Impoı̄e est eni vt idez sit factū noue ⁊ sempeternū. Et impossibile est etiā vt idem sit corruptibile ⁊ non corruptibile:scilꝫ semper infinitum.

130 ℂ Cū declarauit hāc cōuersionē in opposit̄ ƀz ꝙ sūt opposita:vult demr̄are ꝙ ī gñabili ⁊ nō gñabili:corruptibili ⁊ nō corruptibili iueniunt̄ ꝯditiones q̄ cuz inueniant̄ in oppositis inuenietur in eis cōuersio:vt cōcludat ꝙ in gñabili ⁊ nō gñabili:corruptibili: ⁊ nō corruptibili inueniat̄ cōuersio. ℂ Et.d.dicamus modo ꝙ nō gñabile ⁊c̄.i.ꝙ gñabile ⁊ nō generabile sūt opposita: ⁊ silr̄ corruptibile ⁊ nō corruptibile. ℂ D.d. ⁊ nō cadunt a.⁊ c.sup idē.i.⁊ diximus ꝙ gñabile ⁊ nō gñabile sunt opposita:qm̄ non cadunt in idē insimul:neqꝫ est aliqd absqꝫ altero: ⁊ silr̄ de corruptibili ⁊ nō corruptibili. ℂ Deinde affirmauit ea nō conueniētia in idē: ⁊ dixit:ipossibile est eni vt idē sit factuz ⁊ eternū ⁊c̄.i.⁊ diximus ꝙ generabile ⁊ nō generabile nō cōicant in eodē:qꝛ notū est per se ꝙ impossibile est vt idē sit factū noue ⁊ nō factū: ⁊ silr̄ de corruptibili ⁊ non corruptibili.i.qꝛ impossibile est vt idez sit corruptibile ⁊ incorruptibile in eodem tempore.

ℂ Adhuc autē cur magis in hoc signo semp ens pri⁹ corruptū est:aut nō ens ifinito fcm̄ est. Si eni nihil magis factū.ifinita aūt sunt signa. Palā qꝛ ifinito tpe erat aliqd gnābile ⁊ corruptibile. Pōt igit̄ nō eē ifinito tpe. Simul igit̄ hēbit ꝟtutē ei⁹ qđ ⁊ nō esse est eē:hoc qdē pri⁹ si corruptibile: hoc autē posterius si gnābile. Itaqꝫ si existere ponam⁹ que possunt opposita simul existent.

ℂ Manifestū est igit̄:qꝛ c.⁊ h.ꝯsequunt̄ se ⁊ cadūt sup idē:idē eni pōt eē gnābile ⁊ sub corruptione. Omne ꝗ gnābile est corruptibile: ⁊ omne corruptibile ē generabile. Et similiter a.⁊ b.cadunt sup idē ⁊ cōsequunt̄ se: qm̄ idem pōt esse non generabile ⁊ non corruptibile. Sicut igit̄ est non generabile erit non corruptibile: ⁊ sicut est non corruptibile erit etiam non generabile.

Oē gñabile ē corruptibile: ⁊ oē corruptibile ē gñabile.

131 ℂ Cū declarauit hanc ꝯuersionē in oppositis simplr̄: deinde in gñabili ⁊ nō gñabili:corruptibili ⁊ nō corruptibili:dedit ꝯclōnē quā intēdebat declr̄are. ℂ Et d.manifestū est igit̄ ⁊c̄.i.⁊ itēdebat per c.⁊ h.generabile ⁊ corruptibile nō opposita simplr̄ sicut fecit an̄: ⁊ signū huius est hoc qđ.d.qm̄ idez erit gñabile sub corruptione.i.declaratū est igit̄ ex hoc ꝙ oē generabile est corruptibile: ⁊ oē corruptibile ē gñabile: ⁊ cū declaratū est ꝙ termini q ꝯueniunt ex talib⁹ oppositis in eodē:si vnū par ꝯuertit̄ ⁊ reliquū par ꝯuertet̄. ℂ D.d.⁊ similr̄ a.⁊ b.i.⁊ similr̄ apparet ꝙ nō generabile ⁊ non corruptibile conuertunt̄:ita ꝙ esse non generabile ⁊ non corruptibile ⁊ econuerso.

Termini q ex oppositis conueniūt si vnū par conuertitur ⁊ reliquū. Ide[m] 5.126. ⁊.129.

ℂ Adhuc autē ⁊ hoc silr̄ in oī signo existet. Quare infinito tpe eius qđ nō esse ⁊ eē habebit virtutē. Sed ostensum est:qꝛ impoı̄e est hoc. Adhuc āt si prius ꝟtus existit actu:

omni

omni existet tpe: ⁊ ens igñabile: aut etiaȝ nõ ens ifinito tẽpore: fieri aũt poſſe. Simul aũt nõ eẽ: ⁊ eius qð est eẽ ꝟtutẽ hẽbat. Et hoc quoqȝ eẽ: ⁊ posterius infinito tempore.

¶ Dicẽs ãt nõ eẽ ipoſſe vt aliqd gnãtũ sit nõ corruptibile: ⁊ aliqð ãtiquũ corruptũ: q̃sdã destruit ꝓpõnes quas posuimus: ⁊ syllos quos fecim⁹. Facit.n. nõ corruptibile gnãtuȝ: ⁊ antiquuȝ nõ gnãbile facit corruptuȝ.

132 ¶ Cõtradicit ꝑ hũc ſmonẽ dicẽtib⁹ gñabile eẽ eternũ: aut corruptibile eẽ eternũ. ¶ Et dixit: ꝙ q̄ h̄ fingit necẽiuȝ est ei destruẽ ꝓpõnes ⁊ syllos quos declauit. dicens.n. ɔ̄dictoriũ duaꝝ illaꝝ ꝓpõnũ: qm̃ ꝓpõnes ⁊ syllogismi quos iduximus dant vt eternũ iposſibile est esse ingenerabile aut incorruptibile.

Iste text⁹ videtur correſpõdẽ textui cõmẽti, 137.

¶ Manifestũ aũt ⁊ aliter ꝙ ipoſſe corruptibile ens nõ corruptuȝ eẽ q̃nqȝ. Semꝑ enim erit corruptibile simul ⁊ incorruptibile endelechia. Quare simul erit poſſe: ⁊ semꝑ eẽ ⁊ nõ semꝑ. Corrũpit igit̃ q̃nqȝ corruptibile. Et si gñabile est factũ est. Possibile eniȝ factum esse ⁊ non semper quidem esse.

¶ Perscrutãdũ est igit̃ de h̄ dicẽdo ꝙ qlibȝ habȝ potẽtiã aut patiẽdi aut agẽdi: aut vt sit ens aut vt sit nõ ens: ⁊ hoc aut in tpe ifinito: aut i tpe finito hñte pricipiũ ⁊ finẽ. Tp̃s ãt ifinitũ est ẽt terminatũ cũ post ipȝ nõ sit tp̃s: neqȝ iuenit̃ tp̃s maius illo. Infinituȝ ꝟo in aliquo tẽpore nõ est eternũ infinitũ: neqȝ ẽt est terminatum hñs principium ⁊ finem.

133 ¶ Vult etiã ꝑficere rõnes isti⁹ capl̃i. s. ꝙ ipoſſe est vt aliqd sit genitũ ⁊ post eternũ: ⁊ vt aliqd sit eternũ ⁊ post corruptũ. ¶ Et h̄ itẽdebat cũ dixit: ꝑscrutãduȝ est. i. ꝑficiẽde sũt rõnes: ⁊ dixit: qlibet hȝ potẽtiã aut patiẽdi ⁊c̃. i. po^a ⁊ actus attribuunt̃ rei q̃tuor modis: po^a ꝟo duob⁹ modis: aut po^a q̃ agit. s. actiua: aut q̃ patit̃. s. passiua. ¶ D. d. aut est nõ ens aut est ens. i. act⁹ ꝟo: aut datus ẽ ad eẽ aut ad nõ eẽ. s. aut est nõ ens in actu aut ens i actu. q. d̊. d. ꝙ res aut erit i actu aut po^a ⁊ q̃ est in actu aut est ens aut nõ ens: ⁊ q̃ in po^a aut patiẽdi aut agendi. ¶ D. d. ⁊ h̄ aut i tpe ifinito ⁊c̃. i. ⁊ h̄ diuisio nota ẽ ꝑ se. s. ꝙ iter finitũ ⁊ ifinitũ nõ ẽ me^m. Et qꝛ dicẽtes gnãtũ remanẽ eternũ ⁊ nõ corrũpi in postremo: ⁊ eternũ in futuro: ⁊ corrũpi in p̃terito: faciũt tp̃s ifinitũ trib⁹ modis: icepit destruẽ hãc opiõnẽ de ifinito. Et dixit: ⁊ tp̃s ifinitũ ẽ terminatũ ⁊c̃. i. ⁊ ipoſſe vt sit tp̃s mai⁹ tpe ifinito: qm̃ si eẽt: eẽt ifinitũ mai⁹ ifi^{to}: ⁊ h̄ seq̃t̃ dicẽteȝ eẽ ifi^m: ⁊ h̄ in tpe p̃terito: ⁊ finitũ i futuro: aut eɔ̄. ¶ Et nõ dȝ aliqs dicẽ ꝙ h̄ itẽtio nõ est delata in tpe: qm̃ si iuenim⁹ h̄ tp̃s pñs iuenim⁹ ꝙ tp̃s qð ẽ añ ipȝ ẽ ifi^m: ⁊ qð est post ipȝ est ifinitũ ſȝ sniaȝ dicẽtis mũdũ eẽ eternũ. ¶ Qm̃ nõ iueniet̃ h̄ i tpe nisi accñtalr̃ cũ nihil ex tpe existit in actu. Qð aũt ẽ ipoſſe vt ifi^m sit in actu mai⁹ infi^{to}: ⁊ h̄ aut po^a aut iesse: qm̃ po^a q̃ remãet in ifi^{to} i tpe p̃terito absq̄ futuro: aut in futuro absq̄ p̃terito: est po^a q̃ põt facẽ aliqd ifinitũ. Impoſſe est igit̃ vt ponat̃ in p̃terito absq̄ futuro: aut in futuro absq̄ preterito: nisi po^e ifi^{te} adderẽt supra se: qð est ipoſſe. ¶ Et iõ dixit:

Vide cõmẽ. 52. tertij ph⁹.

Digressio in q̃ oñdit q̃uo ifinitũ ꝑtinet iueniri ⁊ maxie in tempore.

Impossibile est ꝙ potẽtie ifinite addat̃ sup̃ se. Idem supra, 124.

ꝙ tp̃s ifinitũ est terminatuȝ: ⁊ ipoſſe est vt aliqd addat supra ipȝ. s. tp̃s euisdẽ po^e ifi^{te}. ¶ Et cũ ita sit: oĩs q̊ po^a aut agit in tpe finito aut ifinito: ⁊ q̃ agit in tpe ifinito est eadẽ po^a tm̃: ⁊ mãifestũ est ꝙ h̄ demr̃atio differt a p̃dictis demr̃ationib⁹. D. d. Infinitũ aũt in aliq̊ tpe nõ est eternũ ifinitũ: neq̄ ẽt est terminatuȝ hñs p̃n^m ⁊ finẽ. i. illud qð hȝ potẽtiã ifinitã in tpe terminato: aut in p̃terito tm̃: aut in futuro tm̃: nõ ẽ i tpe eterno nec in tẽpore qð nõ habȝ terminũ terminato ⁊ inter eternũ ⁊ terminatum non est medium.

Potẽtia infinita si ẽ: est vna tantũ.

¶ Est aũt ⁊ sic videre ꝙ ipoſſe: aut qð factũ q̃nqȝ icorruptibile aliqd ꝑficẽ: aut igenituȝ ens ⁊ semꝑ pri⁹ ens corrũpi. Neqȝ.n. a casu icorruptibile aliqd aut igñabile poſſe esse.

Iste textus ⁊ duo sequẽtes videntur correspõdẽ textui cõ, 138.

¶ Et ẽt ꝙ in prio est eternũ ens: deinde fuit corruptibile in tpe ei⁹ qð est infinitũ. s. in tpe eius qð nõ fuerit primo nõ ens: deide in postremo fuit nõ ens: ⁊ in alio tpe. Si igit̃ tẽpora nõ diuersant̃: qꝛ sunt ifinita: manifestũ est ex quo diximus ꝙ aliqd gnãtũ fuit i tpe ifinito: ⁊ ꝙ aliqd fuit corruptibile ⁊ est eternũ infinitũ in tẽpore: qð est impoſſe. Gnãbile eni ipoſſe est vt sit eternũ silr̃: ⁊ corruptibile ipossibile est vt sit eternũ: sed tamẽ pñt esse ens ⁊ non ens. Qm̃ corruptibile hȝ potentiã vt non sit ens in postremo: ⁊ gnãbile habet potentiã vt sit non ens in primo.

¶ Idest ꝙ illud qð ẽ eternũ in p̃terito: deide i postremo est corruptũ hȝ potẽtiã ad corruptionẽ in tpe ifinito: ⁊ ẽ tp̃s in q̊ fuit eternũ. ¶ Et h̄ intẽdebat cũ dixit. s. in tpe ei⁹ qð nõ fuit p̊ nõ ens. D. i postremo fuit nõ ens: ⁊. d. qꝛ illud qð p̊ fuit nõ ens. Deide post fuit ens est gñatũ. ¶ D. d. Si igit̃ tpa nõ diuersant̃ ⁊c̃. i. ⁊ si aliqd iueniat̃ gñatũ postq̄ fuit nõ ens in tpe ifinito: tũc iueniet̃ in gñato po^a gnõnis cũ tpe infinito ⁊ in corruptibili po^a corruptiõis in tpe infinito. Sed tp̃s ifi^m nõ diuersat̃ ita ꝙ possumus dicẽ ꝙ tp̃s po^e ad aliqd in eo est aliud a tpe actionis: q̃propter necẽariũ est vt illud qð est nõ ens semꝑ: non sit gñabile: ⁊ qð est ens semꝑ: sit nõ corruptibile. distinguẽdũ est eni tp̃s eẽ a tpe ei⁹ qð est nõ esse. ⁊ cũ posuerim⁹ tp̃s eẽ aut nõ eẽ ifinitũ: nõ iueniet̃ tp̃s qð dignius sit ad esse q̄ ad nõ eẽ: aut ecõuerso. Necẽ est igit̃ vt illð qð est nõ ens in tpe ifinito sit nõ ens semꝑ. s. i toto tpe: ⁊ silr̃ illud qð est ens i tpe ifinito sit ens semꝑ. ¶ D. d. gñatũ ipoſſe est vt sit semꝑ ⁊c̃. põt itelligi ꝑꝑ hoc gñatũ ipoſſe ẽ vt sit semꝑ nõ ens: qm̃ tũc eẽt nõ gñatũ. ¶ Et ẽt eternũ ipoſſe est vt sit corruptũ: qm̃ tunc eẽt nõ eternũ. ¶ Et põt itelligi ꝙ gñatũ ipoſſe est vt sit semꝑ ens: qꝛ tũc eẽt nõ gñatũ: qꝛ tp̃s nõ esse in eo nõ distinguit̃ a tpe eẽ: cũ tp̃s esse est ifinitũ ⁊c̃. ⁊ cuȝ dixit ꝙ gñatuȝ impoſſe est vt semꝑ sit ens: ⁊ ꝙ illud qð semꝑ est ens ipoſſe est vt sit corruptũ: dmr̃auit ꝙ gñabili ɔtingit ɔ̄riũ: ⁊ est vt aliqñ sit ens: ⁊ aliqñ nõ ens: ⁊ silr̃ corruptibili: ⁊. d. ſȝ tñ pñt esse ens ⁊ nõ ens i. aliqñ ens aliqñ nõ ens. ¶ D. dat dñiam iter gñabile ⁊ corrup^{le} in h̄. s. ꝙ i gñabili p̃cedit tp̃s eẽ ꝑ tp̃s ei⁹ qð est nõ eẽ ⁊ eɔ̄ in corruptibili: ⁊ dixit: qm̃ corruptibile hȝ potẽtiaȝ ⁊c̃. i. ſȝ corruptibile differt a gñabili in hoc ꝙ corruptibile habet potentiã vt in postremo sit nõ ens: gñatũ aũt hȝ potentiaȝ vt in p̊ sit nõ ens. 134

¶ Et ꝑm hoc qd̃ explanauimus erit demr̃ationis p̃ncipiũ: qꝛ cũ gnãbile ponatˀ ens in tpe ĩfinito: cõtingit vt nõ sit gnãbile: ꝛ cũ ens in tpe ĩfinito ponatˀ corruptibile ꝯtigit ꝙ nõ sit corruptibile. Corruptibile enĩ aut gnãbile ẽ cũ tp̃s sui eẽ est distinctũ a tpe sui non esse. ¶ Fundamẽtũ aũt predicte demr̃ationis est: ꝙ nulla poᵃ est media iter finitũ ꝛ ĩfinitũ: cũ poᵃ ĩfinita est vna tm̃ poᵃ. demr̃atio ḡ in h̃ caᵒ. sup h̃ est alia a

Themistij expositio.

demr̃atiõe p̃dicta ĩ p̃cedẽti capᵒ. ¶ Themistiꝰ aũt explanauit p̃dictũ caᵐ alio mõ. dicit. n. ꝙ p̊ d̾clarauit in eo Arꝫ. ꝙ oĩs poᵃ est finita siue fuerit in tpe finito: siue fuerit in tpe ĩfinito: ꝛ silr̃ q̃ est in tpe ĩfinito: est ẽt finita. A. posuit ꝙ in gnãbili eterno: ꝛ ĩ corruptibili eterno ꝯtigit vt poᵃ sit ĩfinita. Et cũ eiꝰ poᵃ ẽ ĩfinita. ḡ positio istiꝰ poᵉ ẽ ĩpossibilis: ꝛ cũ nõ sit poᵃ nõ gnõ neq̧ corruptio. poᵃ. n. est gnãbilis ꝛ corruptibilis. A. declarauit in 2ᵒ caᵒ. ꝙ poᵃ q̃ est ĩ gnãbili ꝛ eterno corruptibili neće est vt sit infinita: ꝛ est vna ꝑpõnũ acceptarũ in demr̃atione p̃mi modi: nõ igitˀ erũt due demõstrationes. ¶ Et ꝑm hãc explanatiõez nõ ĩtẽdebat cũ dixit in p̊ caᵒ. ꝛ tp̃s ĩfinitũ ẽ terminatũ: d̾cl'are ꝙ ĩpol'e est ꝙ poᵃ ĩfinita sit maior poᵃ ĩfinita vt nos explanauimꝰ: sꝫ ĩtẽdebat dicẽ ꝙ poᵃ q̃ est in tpe ĩfinito ĩ duobꝰ extremis: est aliq̊ mõ finita. q. igr̃. d. ꝙ oĩs poᵃ est finita: qm̃ aut erit in tpe finito aut in tpe infinito: ꝛ q̊cũq̧ mõ sit erit termĩata. Tp̃s. n. ĩfinituꝫ est terminatũ aliq̊ mõ: ꝛ ꝑm h̃ est ĩtẽtio sui ꝑmõis etiã: ĩfinitũ aũt in aliq̊ tpe ꝛc̃. i. illud aũt qd̃ est eternũ in aliq̊ tpe poᵃ eiꝰ nõ est ĩfinita sic̃ poᵃ eterni in oĩbus tpibꝰ: neq̧ poᵃ eiꝰ est sic̃ poᵃ eiꝰ qd̃ est in tpe infinito. A. ĩcepit post h̃ in eo qd̃ est eternũ in aliq̊ tpe: ꝛ. d. ꝛ etiã illd̃ qd̃ in p̊ est eternũ ens ꝛc̃. i. ꝛ dicamꝰ etiaꝫ ꝙ poᵃ eiꝰ qd̃ semꝑ fuit in p̃terito: ꝛ in postremo est corruptũ ad corruptionẽ est ĩfinita poᵃ: ꝛ silr̃ poᵃ eius qd̃ gnãtˀ postq̄ nõ fuit in tpe ĩfinito ad gnõnẽ est ĩfinita ꝛ ꝯcludit ex h̃ ꝙ in h̃ mõ entis nõ est poᵃ ad gnõnez neq̧ ad corruptionẽ: ꝛ h̃ explanatio ẽ ꝓpinq̊ nr̃e explanatõi: sꝫ dr̃nt a p̃dicto caᵒ. nos v̊o ponimꝰ ip̃ꝫ capᵐ declaratũ ꝑ se. Themistiꝰ aũt posuit ip̃m depẽdere cũ scd̃o: ꝛ bñ tolerabiles sunt ambe explanationes.

¶ Qd̃ qdẽ. n. casuale est aut a fortũa: ẽ p̃ter id qd̃ semꝑ: ꝛ vt frequenter: aut est: aut fit. Qd̃ aũt ĩfinito tpe aut simpl'r aut a q̃dã pte est: aut semꝑ: aut vt frequẽter existit ens.

¶ Dicamus aũt ꝙ ꝯ̃ria nõ ꝯueniũt ĩsimul in aliq̊ hora tẽporis infiniti: qm̃ si in aliq̊ hora ꝯuenirẽt tũc idẽ haberet potentiã vt esset ꝛ non esset in tempore infinito: qd̃ est impossibile: sicut declarauimus superius.

135 ¶ Cũ iduxit hãc decl'ationẽ ꝯfirmauit ipsam ꝑ hanc decl'ationẽ suꝑ quã sustẽtatˀ in hoc: ꝛ est ꝙ ponẽti h̃ ꝯtigit vt pol'e sit ĩpol'e. ¶ Et. d. ꝙ ꝯ̃ria ñ ꝯueniũt ꝛc̃. i. ꝙ cũ positũ fuerit tp̃s eẽ vniꝰ dictoꝝ duoꝝ ꝯ̃rioꝝ ꝛ poᵉ ad eẽ alteriꝰ ꝯ̃rij tp̃s ĩfinitũ: ꝯtigẽte vt duo tpa eoꝝ sint idẽ. si igitˀ ponatˀ poᵃ illoꝝ in aliq̊ tpe eẽ ens ꝯtigit ꝛ ꝯ̃riũ eiꝰ in aliq̊ tpe sit ens: qꝛ suũ eẽ est ẽt ĩfinitũ in tpe: ꝛ cũ ita sit positio eiꝰ erit ad eẽ ens ĩ actu falsa impol'is: ꝛ illud cuius in actu exitꝰ fuit impol'is nullã potẽtiã hẽbit. ¶ A. d. qm̃ si ꝯueniũt in aliquo tpe tũc illud idẽ hẽbit poᵃᶻ vt sit ꝛ vt in eodẽ tpe nõ sit in tpe eodẽ. i. ꝛ ꝯtigit ex hac põne duo ꝯ̃ria ĩ actu eẽ: qꝛ cũ posuerimꝰ aliqd̃ ens hr̃e poᵃᶻ ad esse ĩ tpe ĩfinito: ꝛ nõ eẽ erit tp̃s exitꝰ duaꝝ potẽtiaꝝ ĩ actu idẽ tp̃s: est igitˀ idẽ hñs poᵃᶻ vt sit ꝛ vt nõ sit in eodẽ tpe. V. g. qꝛ si ĩ sorte est poᵃ ad surgẽdũ ꝛ ad sedẽdũ in eodẽ tpe: neće io ĩuenietˀ in eodẽ tpe sedẽs ꝛ surgẽs ĩsil'. ꝛ si posuerimꝰ h̃ in eo cadẽs ĩ tpe alio a tpe sui casus erit falsuꝫ pol'e: nõ falsum ĩpol'e: qd̃ est incõueniẽs.

¶ Neće est igitˀ nã talia q̃nq̧ quidẽ eẽ. q̃nq̧ aũt nõ. Taliũ aũt eadẽ potẽtia est ꝯ̃dictiõis. Et mã cã eiꝰ qd̃ est eẽ ꝛ nõ esse. Itaq̧ neće est etiam simul existere actu opposita.

¶ Et ẽt dicamus ꝙ potẽtia est añ actuꝫ. s. ꝙ res hꝫ potẽtiã vt sit aliqd añq̄ faciat ipsuꝫ. Et si ita sit erũt res ꝑm ꝙ dicũt semper sine fine. s. illud qd̃ semper fuit ens: ꝛ illud qd̃ in postremo fuit ens: vt sꝑ sint sine fine. Semper erunt res habẽtes potẽtiã vt sint: ꝛ non habẽt potẽtiã vt sint ens in tẽpore: ꝛ vt sint non ens in tempore infinito insimul.

¶ Videtˀ ꝙ cũ decl'auit ꝙ ĩpol'e ẽ vt aliqd qd̃ semꝑ 136
fuerit ꝛ semꝑ erit hẽat potẽtiã ad cõruptionẽ: aut ꝙ aliqd qd̃ semꝑ fuit nõ ens ꝛ semꝑ erit ñ ens hẽat potẽtiã ad eẽ. ꝯtiget enĩ ex h̃ ꝙ pol'e reuertatˀ ad ĩpolᵉ: vult mutare hãc decl'atiõez ad illd̃ qd̃ positũ ẽ semꝑ eẽ ĩ p̃terito: ꝛ ĩ postremo corrũpitˀ: ꝛ ad illud qd̃ ponitur gnãtũ qd̃ semꝑ ẽ ens in futuro. ¶ Et p̃ponit huic ꝑpõni ꝯcessaꝫ ꝛ ẽ: ꝙ neće ẽ vt poᵃ eiꝰ qd̃ gnãtˀ aut corrũpitˀ sit p̃cedẽs ꝑꝫ tp̃s gnãtũ aut corruptũ. ¶ Et h̃ ĩtẽdebat cũ dixit: ꝛ dicamꝰ ẽt ꝙ potẽtia ꝛc̃. A. d. ꝛ cũ ita sit ꝛc̃. i. ꝛ cũ poᵃ gnõnis aut corruptõis p̃cedit tpe gnõnẽ aut corruptionẽ ꝯtiget vt res q̃ semꝑ fuerit ꝛ in postremo corrũpuntˀ hẽant potẽtiã ad corruptõez in tpe ĩfinito: ꝛ silr̃ neće est vt res q̃ gnãntˀ postq̄ nõ erãt ĩ tpe ĩfinito hẽant potẽtiã ad gnõnẽ in tpe ĩfinito. ¶ Et qꝛ h̃ nõ ꝯtigit eis nisi ꝑꝑ h̃ qd̃ ponunt gnãtũ semꝑ remanẽ in futuro: ꝛ corruptũ qd̃ semꝑ fuit ĩ p̃terito dixit: ꝑm ꝙ dicũt semꝑ sine fine. ¶ Et qꝛ dicit: erũt res: demr̃auit ĩ qbꝰ rebꝰ ꝯtingit h̃: ꝛ dixit. s. illud qd̃ sꝑ fuit ens ꝛc̃. i. ꝛ ĩtelligo ꝑ res in qbꝰ ꝯtigit vt sit poᵃ: aut res q̃ semꝑ fuerũt: ꝛ ĩ postremo nõ sũt: ꝛ res q̃ semꝑ nõ fuerũt ꝛ in postremo sunt. s. ꝙ ꝑ potẽtiã eoꝝ in his duobꝰ vt sint semꝑ sine fine: cõtigit vt sit in eis poᵃ ĩfinita: ĩ vno v̊o eoꝝ post gnõnẽ: in altero aũt añ corruptionẽ. ¶ Et hoc ĩtẽdebat cũ dixit: vt sint semꝑ sine fine: ꝛ hoc qd̃. d. semꝑ hñt potẽtiaꝫ vt sint: est p̃dicatũ illiꝰ qd̃. d. erũt res ꝑꝫ ꝙ dicũt. q. ḡ. d. ꝛ cũ ita sit erũt res ꝑm ꝙ dicũt sꝑ sine fine siue habẽtes semꝑ potẽtiã vt sint: ꝛ ĩtelligo ꝑ res illd̃ quod semper fuit ens ꝛ in postremo corrũpitˀ: ꝛ illud quod semꝑ fuit nõ ens ꝛ in postremo gnãtˀ. ¶ Et ĩtelligo ꝑ hoc qd̃. d. ꝑꝫ ꝙ dicũt sꝑ sine fine: vt sint hꝰ semꝑ ĩfinite: vnũ aũt eoꝝ est nõ ens in p̃terito in ĩfinituꝫ ꝛ ens ĩ futuro in ĩfiᵐ: alteꝝ v̊o ens in infiᵐ in p̃terito ꝛ nõ ens in futuro in infinitũ: ꝛ vult declarare ꝑ h̃ qd̃ ꝯtingit huic põni vt tp̃s poᵉ ꝛ actus sint idẽ ꝛ nõ idẽ. Nõ idẽ v̊o qꝛ tp̃s poᵉ est aliud a tẽpore actus. Idem v̊o qꝛ tp̃s actus est infinitũ ꝛ silr̃ tp̃s poᵉ. ¶ Et forte ĩtẽdebat ꝑ hoc qd̃ dicit cõplere declarationẽ p̃dictã scꝫ ꝙ positio pol'is sit ĩpol'is. scꝫ positio eius esse non ens in tpe potẽtie: ꝛ ꝑꝫ hoc videtˀ ꝙ nõ ĩtẽdebat nisi ad distiguẽdũ tp̃s potẽtie a tpe actus: vt sit verificatũ ꝙ positio eius esse ens est possibilis: qm̃ qui ponit potẽtiaꝫ cũ actu nõ ponit possibilitatẽ ad actum esse ante eius eẽ: quaꝑꝑ completur actu demonstratio.

¶ Sed adhuc

¶ Sed adhuc neqꝫ veꝝ est dicere nūc: quia est annus prior: neqꝫ ānus prior qꝛ nūc est. Impossibile ergo nō ens aliquando posterius sempiternū esse. Habebit enim posterius ꝛ eius quod est non esse virtutem.

¶ Et dicemus etiā aliū sermonē ꝑ quē declarabimus errorem dicētis ꝙ poſſe est aliquid esse nō gnābile: qḋ poſſe est vt sit nō gnābile ꝛ cū hoc sit corruptibile. Et ꝙ corruptibile poſſe est vt sit gnātū. Erit ḡ corruptibile ſm ꝙ dicunt nō corruptū in alio tpe: qm̄ si non corrūpit̄ erit corruptibile ꝛ nō corruptibile in actu. Tūc igit̄ possibile est vt idē semꝑ sit ens ꝛ nō sit semꝑ ens. Et si hoc impossibile est: ḡ corruptibile corrumpit̄ in alio tempore. Et ſilr igit̄ generabile fuit in tēpore ꝛ nō fuit oīno. Possibile est ḡ vt aliqd sit generabile ꝛ non fuit semper ens.

137 ¶ Hec est q̄ſi vera demr̄atio ꝙ ipoſſe est vt aliqd qḋ semꝑ fuit hēat potētiā ad corruptiōez absqꝫ ħ ꝙ corrumpat̄. hoc. n. ꝯtingit dicēti aliqd esse gnātū ſꝫ post eternū: ꝛ ſilr dicēti aliqd eē eternū lꝫ post corruptū: imo māifestiꝰ i ħ. ¶ Et. d. dicamꝰ ēt aliū ſmonē ꝛc. D. d. est ḡ ſm ꝙ dicūt: illḋ qḋ est corruptibile nō corruptū in alio tpe. i. ꝛ ꝯtigit eis ꝑꝑ ħ qḋ dicūt ꝙ in aliquo eterno ē poᵃ ad corruptionē absqꝫ eo ꝙ corrūpatur: vt illud in q̊ est poᵃ ad corruptionē nō corrūpat̄ in aliq̊ hora. ¶ D. d. qm̄ si nō corrūpit̄ ꝛc. i. ꝛ ipoſſe ē ponere aliqḋ hn̄s poᵃᶻ ad corruptōez absqꝫ ħ ꝙ corrūpat̄: qm̄ ꝯtiget ei si nō corrūpit̄ in aliq̊ tpe vt non sit in eo poᵃ ad corruptionē. hec eni est diffō eiꝰ in q̊ nō est poᵃ ad aliqd. ſ. vt nūqꝫ exeat ad actū. ¶ D. d. Tūc igit̄ est poſſe vt idē ꝛc. i. ꝛ ꝯtigit huic pōni si cōcesserimꝰ in eo eē potētiā ad corruptionē vt sit in eadē poᵃ vt semꝑ sit ens: ꝛ vt nō sit semꝑ ens ꝛ ħ est cū posuerimꝰ in eo potentiā ad corruptionē eē in eo poᵃ ad semꝑ eē: qm̄ ex poᵃ corruptiōis nō ſꝑ est: ꝛ ex poᵃ ad eē est ſꝑ: igit̄ est i eo in poᵃ ad eē semꝑ ꝛ ad nō eē semꝑ: qḋ ē ipoſſe. ¶ D. d. Et si ħ est ipoſſe ꝛc. i. ꝛ cū posuimus aliqd hn̄s potētiā ad corruptionē absqꝫ ħ ꝙ corrūpat̄ sequunt̄ hec impossibilia. ſ. vt in eo sit poᵃ ꝛ nō sit poᵃ: aut in eo sit poᵃ ad duo opposita īsimꝉ. ſ. vt sit semꝑ ꝛ vt nō sit. nec͂e est igit̄ vt hn̄s potētiā ad corruptionē corrumpat̄ in postremo. ¶ D. d. Et ſilr igit̄ gnābile fuit ꝛc. i. ꝛ cū veꝝ est ꝙ oē hn̄s potētiaꝫ ad corruptionē oīo corrūpet̄: nō est verus ſmo dicētis eē gnātū ſꝫ nō corruptibile: qm̄ gnātū in alia hora fuit nō ens in alia hora i actu. ſ. anq̄ꝫ gnābat̄: ꝛ cū ita sit gnātū est ens: ꝛ in eo ē poᵃ vt nō sit semꝑ ens. ¶ Et ħ itēdebat cū. d. poſſe est igit̄ vt aliqd sit gnābile ꝛ nō fuit semꝑ. i. poſſe est vt gnābile nō sit semꝑ ens ꝛ cū eo sit potētia vt nō sit: ꝛ iō demr̄atū est ꝙ illud in quo est potētia vt nō sit oīno exibit in actū. ḡ omne gnābile ꝛ corruptibile est necessario.

¶ Verūtn̄ nō eiꝰ est qḋ tūc nō eē. Existit eni actu ens sed in anno priore ꝛ in ꝑterito tpe. Sit itaqꝫ cuius hꝫ ꝟtutē exn̄s actu: erit igit̄ veꝝ dicere nūc: qꝛ nō est annus prior ſꝫ impossibile. Neqꝫ vna eniꝫ virtus eius qḋ factū esse est: sed eius qḋ eē aut futurum esse.

¶ Volumus aūt ꝑscrutari de sermone illoꝝ q̄uo: ꝛ dicamus ꝙ ipoſſe est vt non gnābile cadat in aliquo tpe sub corruptiōe ꝛ ipoſſe. est. n. vt aliqd nō gnābile ꝛ corruptibile fiat sine factore casu. Facta. n. sine factore raro sūt: ꝛ cū fuerit cito distrahunt̄ ꝛ ꝯsumunt̄. Permanēs aūt i eternū ꝛ ꝑmanēs in tpe ifinito nō fit sine factore oīno. Et cuꝫ ita sit nā est faciēs oīa eterna nec͂io: ꝛ ipa facit vt idē sit ens: ꝛ vt sit nō ens in tpe: ꝛ tpe. Et vt q̄dā sint semꝑ entia ꝛ q̄dā nō entia semꝑ i tpe ifinito: ꝛ cā illius fortitudo illiꝰ ē nāe. Non est ḡ poſſe vt aliqd semꝑ sit nō gnābile ꝛ ſꝑ corruptibile: qḋ si fuerit poſſe tunc ꝯria erūt in actu nec͂ario: qḋ est ipossibile. Dicēs eni ꝙ mō est ānus ꝑteritꝰ: ꝛ ꝙ annus ꝑteritus est mō mētit̄ in suo ſmone: ꝛ appet sua falsitas in suo sermone ꝙ aliqd sit eternū ꝛ corruptuꝫ in alio tēpore: qꝛ habet potētiā vt sit ens in alio tpe: ſꝫ nō est in tempore predicto non ens: neqꝫ in tpe in quo est ens in actu.

¶ Abbreuiatio huiꝰ ſmōis est ꝙ si aliqd est nō gnābile siue pōat̄ corruptibile siue nō: ꝛ aliqd fuerit nō corruptibile siue gnātū siue nō: māifestū est ꝙ ipoſſe est ꝙ sit casu. Naꝫ sicut qḋ fit casu raro fit: ita ēt existit parū sicut dicit ꝙ cito ꝯsumit̄. Et cū ita sit illud qḋ semꝑ est nō est semꝑ nisi ex nā īnata ad ħ ꝛ ē nā eiꝰ ꝑ quā est qḋ ē. nāe. n. reꝝ dāt eis aut vt sint ſꝑ: aut vt nō sint semꝑ: aut vt aliqn̄ sint: aut aliqn̄ non sint. Si ḡ aliqd iueniret̄ gnābile nō corruptū aut eternū corruptū eēt poſſe vt nā possibilis trāsmutaret̄ in necessariā ꝛ nec͂ia i poſſeꝫ i agēte ꝛ recipiēte: qḋ ē ipoˡᵉ. ¶ Et. d. ipoſſe eni vt aliqd sit nō gnābile ꝛc. i. ipoſſe ē vt aliqd sit nō gnābile aut nō corruptibile casu: sed nec͂iū ē vt ħ sit ex nā faciēte: qm̄ oīa exn̄tia casu nō ꝑmanēt: nisi parū sic̄ nō fiūt nisi raro. D. d. ꝑmanēs aūt in eternū ꝛc. i. nō fit nisi: qꝛ suba ꝛ eēntia eiꝰ dat ei ꝑmanētiā. ¶ D. d. ꝛ si ita sit nā est ꝛc. i. ꝛ cū cā esse aut nō esse reꝝ nāliū sit ex nā: nālia aūt sunt tribus modis: aut q̊ꝝ nā dat eis vt semꝑ sint: aut vt semper nō sint: aut vt sint i duabꝰ dispōnibꝰ. i. ꝛ nulla nā dat vt sit ſꝑ ꝛ nō sit: nisi nec͂iuꝫ trāsmutet̄ i poſſe. ¶ D. d. ꝛ cā istiꝰ est poᵃ istiꝰ nāe ꝛ elm̄ eiꝰ. i. ꝛ cā diuersitatis entiū in istis dispōnibꝰ est cā diuersitatl nāe in suba sua. D. d. nō est ḡ poſſe vt eadē nā det eidē eē semꝑ ꝛ nō esse semꝑ. ħ aūt ꝯtingit dicēti ħ aliqd eē gn̄atuꝫ ꝛ post ꝑpetuū: aut aliqd nō gn̄abile ꝛ post corruptū. ſcꝫ ꝙ nec͂e est ei ponē aliqd: cuiꝰ nā dat ei vt semper sit ꝛ semꝑ nō sit. ¶ D. ꝯfirmat ħ ꝑ demr̄ationē per quā sustētatꝰ ē i his demr̄atiōibꝰ: ꝛ. d. si ḡ fuerit poſſe tūc erūt ꝯria i actu nec͂io: qḋ ē ipoſſe: ꝛ si aliqs posuerit ꝙ ipoſſe est vt in aliq̊ eterno sit poᵃ ad corruptōez absqꝫ eo ꝙ corrūpat̄: ꝯtingit ei ꝙ in illo sint due poᶜ ꝯrie exn̄tes. ſ. ad eē ꝛ poᵃ ad nō eē in actu. Si ḡ actio vniꝰ poᶜ fuerit i actu: nec͂io ē altera i poᵃ: cū ipoſſe ē vt actiōes duaꝝ potētiaꝝ sint īsimꝉ. ſ. nō eē in actu: ꝛ eē in actu: nisi idē sit ꝛ non sit in actu: qḋ est ipoſſe. Et si vna illarū fuerit in poᵃ ꝑ erit pō sue actiōis ꝙ sit in

Diffinitio ipossibilis est ꝙ n ūqꝫ exit in actuꝫ.

138 Quod fit casu raro fit ꝛ cito cōsumit̄. ꝯ dē. 2. phy. 48. ꝛ. 77.

Si esset eternū corruptibile nā necessarij trāsmutaretur ipossibilē.

Nālia sūt tribus modis.

actu falſa ⁊ poſſibilis:ſ; eſt falſa ĩpoſſibilis qꝛ ĩducit ad eē actionū duaꝝ potētiaꝝ ĩſiml' in actu.ğ illō qō poſitū fuit.ſ.potētiā eē ad ↄ̄riū nō eē ĩ eterno falſu; eſt ⁊ ĩpoſ'e:qm̄ ĩpoſ'e eſt ↄ̄riū poſ'i:⁊ ex ꝗ ſeqꝛ̃ ĩpoſ'e ē ĩpoſ'e:⁊ ēt qꝛ ħ deſtructio nō cōplebiꝛ̃ niſi ĩ eo qō ponit aduerſarius gnãtū:⁊ poſt eternū:ita ꝙ ↄcedet ꝙ poª ē in eo apud ſuū eē reu futuri:⁊ ſil'r ↄtingit in corrupto qō ponit vt apud ſuū eē fuerit in eo poª ad eſſe reu futuri. ¶ Et qꝛ dicēs hos duos ſmōes ꝑt ꝓhibere ꝙ poª ad nō eē in ente nō eſt in reu futuri:neqꝫ poª gnōnis ĩ corrupto ēt apō ſuā corruptōe; ē ĩ ru futuri. D.ĩpoſ'e ē.n.qō ſeꝛ ex ſmōe:⁊.d.dicēs.n.ꝙ mō ⁊c̄.i.⁊ g dicūt ꝙ in gnãbili nō ſit poª ad nō eē apud ſuū eē in reu futuri dicūt ĩpoſ'e.i.q.d.aliqs ꝙ iſtãs ꝑteritu; ⁊ pñs eſt idē. ¶ D.d.qūo ſeqꝛ̃ ħ poſ'e ex ſuo ſmone. Et.d.⁊ appꝫt falſitas eiꝰ ⁊c̄.i.⁊ ħ ĩpoſ'e ſeqꝛ̃ dicētē aliqd eē eternū ⁊ ꝙ in ꝑterito fuit nō ens ⁊ qō mō.ſ.in ſui eē tꝑe:nō in eo poª ad nō eſſe in futuro:qm̄ illud qō erat nō ens in actu in aliꝗ tꝑe.D.exiuit in actum ſuū fuit apō ſuū nō eē nō ens in actu ⁊ apud ſuū eſſe nō ens in poª:⁊ cū ĩpoſ'e eſt vt ħ poª ad nō eē ĩueniaꝛ̃ in eo ⁊ in tꝑe ꝑterito:qm̄ ĩ tꝑe ꝑterito fuit nō ens in actu:neqꝫ ēt in tꝑe pñti ĩ reu futuri:qm̄ ↄtigit ꝑdictū ĩpoſ'e:remãet ğ vt ſit in eo in pñti reu ꝑteriti. ¶ Et q dicit ꝙ aliqd hꝫ potētiā ad tꝑs ꝑteritū facit de ꝑterito futuꝝ:aut pñs.poª.n.nō ĩtelligiꝛ̃ niſi in reu futuri; ⁊.d.ꝙ aliqd ſit eternū ⁊ corruptibile in tꝑe.i.⁊ ē cadēs ſub nō eē in aliꝗ tꝑe:ſic̄ ↄtingit dicēti eē gnãtū ⁊ ꝑpetuū:qm̄ ipꝫ poſitū eternū qō in aliꝗ tꝑe fuit non ens. ¶ Et cū dixit hāc pōnē.d.qūo ↄtigit dicenti ipſam dicē̄ ꝙ eternū hꝫ potētiā ad nō eē:⁊.d.habꝫ enĩ potētiā ĩ tꝑe vt ſit nō ens.i.⁊ nec̄e ē dicē̄ de tali eterno ꝙ ĩ eo ē poª ad nō eē:qꝛ iā fuit non ens in actu in alio tꝑe. D.d.ſ; nō eſt ĩ tꝑe ꝑterito neqꝫ in tꝑe ĩ quo eſt ens in actu.i.ſ; iſta poª nō eſt reu ꝑteriti tꝑis:neqꝫ tꝑis in ꝗ eſt ens in actu:ꝗſi igiꝛ̃ ĩtēdit ꝙ ↄtigit huic ſermoni vt nō ſit in eo poª ad ꝑteritū:ſ; ad futurū.

Nō ē poª ad preteritum.

¶ Sil'r aūt ⁊ ſi prius ens ſempiternū:poſterius nō erit. Habebit.n. ꝟtutē cuius actꝰ nō eſt. Itaqꝫ ſi ponamus poſ'e verū eſt dicere nunc:qꝛ eſt annus prior ⁊ vl'r in ꝑterito tꝑe.

¶ Si igiꝛ̃ aliquis dixerit ꝙ illō qō eſt in potētia poſ'e eſt ēt ꝙ ſit in ħ. Dicemꝰ ꝙ ſi ħ poſ'e eſt. potētia.n.nō eſt in tꝑe ꝑterito:ſ; ĩ tꝑe in quo dr̃ mō ⁊ in tꝑe futuro. Et ſil'r dicimus ꝙ in eo qō ē prio eternū ens:deide ſit poſt nō ens:habꝫ enĩ potētiā in tꝑe in quo nō eſt in actu vt ſit nō ens. Si igiꝛ̃ hoc aliquis dixerit eē poſ'e dicemus ꝙ mō eſt annꝰ ꝑteritus.

139 ¶ Hoc qō ĩcepit dicē̄ eſt ꝗſi obiectio ↄ̄ id qō ꝑdixit.ſ. g poſuit potētiā ad nō eē ꝗ eſt ĩgnãto perpetuo ex potētia ſi nō fuerit poſita in reu futuri:ↄtiget vt nō exibūt in actū:⁊ cū exibūt in actū non erit poª.q.ğ ħ.d. ↄdicit huic ſmōi dicēdo ꝙ bñ ſcimꝰ ꝙ oīs poª poſ'is eſt vt exeat ad actū ⁊ eiꝰ exitus in gnãto eterno iam ꝑteryt ⁊ nō eſt ĩpe futurus:⁊ nulla dr̃ia eſt ĩter ħ ꝙ exitus eiꝰ ad actū ſit aut ꝙ nō ſit:qꝛ poª nō dr̃ niſi in reu actus:quapꝑ ipſe dicit rñdēdo:dicemꝰ mō ꝙ ſi ħ poſ'e eſt ⁊c̄.qꝛ poª nō eſt in tꝑe ꝑterito.i.dicemus reſpōdēdo:ſi oē qō eſt poª poſ'e ē vt exeat ad actū.ğ poª ⁊ ptãs nō ſūt niſi in reu futuri:qm̄ nihil pōt in reſpectu ꝑteriti:qm̄ actio ꝗ fuit ĩ ꝑterito iā ꝑteryt:⁊ ĩpoſ'e eſt vt reuertaꝛ̃ nūc:quapꝑ nulla potētia eſt ad ipſu; oĩno:⁊ potētia non eſt niſi ad eius ſil'e in futuro ſcōa vice:⁊ ĩdifferenter ſiue poſ'e fuerit ad eſſe aut ad nō eſſe. ¶ Et qꝛ ħ qō dixit de potētia:manifeſtū eſt in eo qō poniꝛ̃ eternū:⁊ in poſtremo corruptū.ſ.ꝙ apparet in eo ꝙ potētia ad nō eē eſt in eo ĩ reſpectu futuri ↄ̄ illi qō exiſtimãt de gnãto ꝑpetuo. ¶ D.d.⁊ ſimil'r dicimus de eo qō eſt ꝓ ſemꝑ ens:deide in poſtremo nō ens.i.⁊ ſil'r dicemꝰ nos ⁊ aduerſary nr̃i in eo ꝙ ponūt nō gnãbile:⁊ in poſtremo corruptū.ſ.ꝙ potētia ad corruptionē nō ĩtelligiꝛ̃ ĩ eo niſi in reſpectu futuri. ¶ D.d.hꝫ enĩ potētiā in tꝑe in quo nō eſt in actu vt ſit nō ens.i.qꝛ poª ꝗ eſt ĩ eo ad corruptōe; nō eſt niſi in reſpectu tꝑis in quo nō eſt ens ĩ actu.ſ. in futuro. ¶ D.d.ſi igiꝛ̃ aliqs dixerit ꝙ poſ'e ē.i. ⁊ ſi aliqs dixerit ꝙ poſ'e eſt vt poª ad nō eē in gnãto ꝑpetuo ſit potētia nō eſſe ꝑcedens:dicemus ꝙ poſſibile eſt tūc vt ꝑteritū ſit futurū aut preſens.

¶ Et nãliter aūt ⁊ nō vl'r intēdētibus ĩpoſ'e aut ſempiternū ens prius corrūpi poſteriꝰ: aut prius nō ens poſterius ſempiternū eſſe. Corruptibilia.n. ⁊ gnãbilia ſunt ⁊ alterabilia oĩa. Alterant aūt a ↄ̄rijs:⁊ ex qbus conſtant nã entia ab eiſdem ipſis corrūpuntur.

¶ Et poſſumus ꝑſcrutari de hoc ſermone ⁊ declarare errorē dicētis ipm ſmone nãli nō vl'r:ſicut fecimus añ. Dicamus ğ ꝙ ĩpoſ'e eſt vt aliqd primo ſit eternū ens:deide poſt corrūpaꝛ̃. Aut vt aliquid primo ſit nō ens: deide poſt ſit ens eternū. Oĩa.n.gnãbilia ⁊ corruptibilia alteranꝛ̃ ⁊ trãſmutanꝛ̃ ⁊ non alteranꝛ̃ niſi ex ſuis ↄ̄rijs ex qbus cōponuntur ⁊ gnãnꝛ̃ generatione naturali: ⁊ per ea conſumuntur ⁊ corrumpuntur etiam.

¶ Uocauit iſtā demonſtrationē nãlē ⁊ ꝑdictaꝫ vl'e;: qm̄ hec eſt ex ꝓpōnibus nãe:illa aūt ex ꝓpōnibꝰ logicis vt hoc qō dixit:qm̄ falſum impoſſibile nō ſeqꝛ̃ ad falſum poſſibile: he autē ꝓpōnes ſunt nãles.ſ.ꝙ oē qō generaꝛ̃ a ſuo ſimili gnãtur:⁊ oē qō corrūpiꝛ̃ a ſuo ↄtrario corrūpiꝛ̃. Omne igiꝛ̃ gnãbile hꝫ ↄtrariū ⁊ omne corruptibile ſil'r. Et cū ↄiungiꝛ̃ huic ꝙ omne generabile habet contrariu;:⁊ omne habens contrarium ⁊ corruptibile cōtingit:ꝙ omne generabile eſt corruptibile:⁊ ſimiliter ſi cōiungitur huic:ꝙ omne corruptibile hēt ſil'e.omne habēs ſimile eſt gnãbile: ↄtingit ꝙ oē corruptibile eſt gnãbile. Habēs igitur ↄ̄riū impoſ'e eſt vt remaneat ꝑ tꝑs infinitu;: neqꝫ in ꝑterito neqꝫ in futuro. Si igiꝛ̃ mūdus fuit ꝓmo non ens:deide gnãtū fuit poſt nō eē:neceſſe eſt huic ↄ̄riū ex quo fuit nō ens añqꝫ gnãbaꝛ̃:⁊ cū ei eſt ↄ̄riū nec̄ario corrūpeꝛ̃ poſt gnãtionē:⁊ ꝙ hec current ſm ordinē ⁊ ſeqꝛ̃ ex hoc vt iſte mūdus ſit ex alio mūdo:qm̄ ſi ita nō eēt.ꝗre ğ dñaꝛ̃ in aliquo ſuū ↄ̄riū in aliquo tꝑe:⁊ corrūpiꝛ̃ ⁊ in alio gnãtur: ↄtinget ğ nec̄ario vt mundus reducaꝛ̃ ad cãs ad ꝗs aſcēdūt oĩa gnãbilia ⁊ corruptibilia.ſ.ſm ꝙ eſt dcm̄ in libro de gnãtione ⁊ corruptiōe. Dicēs ğ ꝙ mundus gnãtus fuit poſtqꝫ nō fuit oĩno:⁊ ꝙ eſt corruptum corruptibile ſine regreſſu nō nãliter loquiꝛ̃:⁊ ſil'r dicēs ipꝫ eē gnãtū nō corruptibile:aut nō gnãbile ⁊ corruptū poſtremo. 140

¶ Finit liber ꝓmus de celo ⁊ mundo.

¶ Aristotelis de celo liber Secūdus icipit.
¶ Tractatus primus. Caplm. I.

Quod qdē igit̄ neqʒ factū est oē celū neqʒ ꝯtigit corrūpi quemadmodū qdā dicūt ipʒ: sed est vnū ꝛ sempiternū principiū ꝛ ꝯsumationē nō hñs totius eterni. Hñs aūt ꝛ ꝯtinens in seipso ifinitū tp̄s: ex dictis licet accipe fidez: ꝛ per opionē eā q̄ ab aliter dicētibus ꝛ gnātibus ipm. Si.n. sic qdē hr̄e ꝯtingit: ſm quē autez modum illi factū esse dicunt nō ꝯtingit: magnā vtiqʒ habebit ꝛ hoc inclinationem ad fidē de imortalitate ipsius ꝛ sempiternitate.

¶ Jam declarauimus sermonibus sufficientibus ꝛ fortibus demr̄ationibus ꝙ celū nō sit ex elr̄nto: ꝛ ꝙ ipoſe est vt cadat sub corruptione: sed semper erit eternū: ꝛ fuit sine principio: ꝛ sine fine ꝑ oia secula: ꝛ est cā tpis infiniti: ꝛ est ꝯtinēs ipm. Desiderās aūt bene poterit scire ꝙ celū est sic diximꝰ: ex ṽbis dicentiū celū eē sub gnātione. Si eni possibile est vt celū sit sicut diximus: ꝛ impoſe est ſʒ ꝙ aliȷ̄ dicunt: hoc etiā ꝯfirmat sermonē nostrum: ꝙ celū sit eternuʒ non corruptibile.

i Idest h̄ qđ dixit cū nō sit ex elr̄nto duobꝰ modis itelligit̄: aut q2 nō cōponit̄ ex mā ꝛ forma sicut alia corpa simplicia: aut q2 nō cōponit̄ ex elr̄tis in actu. ¶ Cōpositio aūt p̄ma nō est in eo ꝑ id qđ dictū est in p̄mo libro.s. ꝙ corpꝰ celeste nō hʒ ꝯriū ꝛ ex fine eiusdē.s. ꝙ in corpe celesti nō est poª ſm subaʒ: qm̄ si esset posset fieri trāsmutatio ſm eā: quapꝑ eēt gnābile ꝛ corruptibile. ¶ Cōpositio ṽo scđa nō est i eo: qm̄ est simplex. ¶ Et ēt q2 ē nō gnābile neqʒ corruptibile. Cōpositū ṽo ex simplicibꝰ est cōpositū ex ꝯrijs: ꝛ cōpositū ex ꝯrijs est gnābile ꝛ corruptibile: ꝛ si est ex ꝯrijs nō moueret̄ nāliter circulariter. naʒ oia ista determinata sunt ṗus. ¶ Et intētio istiꝰ tractatus p̄ntis est ꝑscrutari de accn̄tibꝰ huius corpis ꝛ alioꝝ q̄tuor. U.g. ðclare ꝙ hʒ ðxtrū ꝛ sinistrū: ꝛ sursuʒ ꝛ deorsuʒ: ꝛ añ ꝛ retro: ꝛ ꝙ spica sit eiꝰ figª: ꝛ alia q̄ q̄runt̄ de eo. ¶ Et dix̄: sine p̄nº ꝛ sine fine. i. ꝙ suū eē nō hʒ p̄nm in tpe neqʒ finē cū ipʒ sit cā tpis ꝛ ꝯtinēs ipm. ꝛ iō dixit: ꝯtinēs ipm; q2 tp̄s nō addit sup ipsuʒ nec tp̄s ē supra ipm: sʒ q2 ē cā tpis ē. q. terminās ipʒ: quapꝑ id qđ ē ex̄ corpꝰ celeste nō ē in tpe vt deꝰ ꝛ intelligētia. ¶ D.d. ꝯsiderās aūt ꝛc. itēdit declare hoc ſmone ꝙ celū nō est gnābile neqʒ corruptibile: qm̄ cū aliqs ituebit̄ ſmonē Ari. ꝛ aduersarioꝝ eiꝰ in hac q̄ōne: ꝛ iuenerit ſmonē alioꝝ seq plura ipoſia ꝛ iuenerit ſmonē Aꝝ. ñ seq aliqđ ipoſe acqret fidē maiorē q̄ʒ habuerit prius ex rōne. ¶ Et iō dixit Alexan. nos aūt nō sumus sustētati sup sn̄iaʒ huius hois inter oēs alios: nisi quia videmus ipsaʒ minoris ambiguitatis ꝛ remotiorem a contradictione.

Celuʒ nō est cōposituʒ ex mā. Idem ṗ ce. 20. ꝛ q̄ ibi

Prio ce. te. cō. 20. ꝛ. 21. ꝛ 22. ꝛ. 124. ꝛ. j.

Cōpositū ex simplicibꝰ ē cōposituʒ ex cōtrarijs,

Id quod est extra corpus celeste nō est in tpe vt deꝰ ꝛ intelligentie. vide. 4. phy. si. tis. ꝛ. 120. Idē p celi. t. com. 100. ꝛ. 3 physico. 32. Uerba alex. de Aristote. Uide etiā. 12. meta. cō. 1.

¶ Propter qđ bñ hʒ ꝑsuasibilē seipm exhibere antiqs ꝛ maxie patruʒ nostroꝝ veros credere eē sermones: vt sit imortale aliqd ꝛ diuinū hñtiū qdē motū: hñtiū āt talē vt nullus sit finis ipsius: sʒ magis ipse alioꝝ finis. Eteni finis ꝯtinentiū est ipsa circulatio ꝑfecta ens ꝯtinet iꝑfectas ꝛ hñtes terminuʒ ꝛ qetē. Ipsa qdē nullū neqʒ principiū habēs neqʒ finē: sʒ icessabilis ens ifinito tpe. Aliorū aūt hoꝝ qdē cā pricipiȷ̄: hoꝝ āt suscipiēs qetē. celū aūt ꝛ eū q sursuʒ locū antiq qdem diȷ̄s attribuer̄t velut exñs totū solū imōtale.

¶ Et dicamꝰ ꝙ opʒ nos credere ſmōes antiquoꝝ verissimos ꝛ maxie: q2 sunt parentes nr̄i. Dixerūt eni ꝙ aliqd est velocissimū mobile eternū nō corruptibile: ꝛ eiꝰ motꝰ nō hʒ finē: sʒ ipe finis est cuiuslibʒ finis: ꝛ vltimū cuiuslibʒ vltimi: ꝛ ꝯtinēs oē ꝯtinēs. Et ille motꝰ est ꝑfectus ꝯtinēs oē diminutū nō ꝑfectū: ꝛ oē finitū ꝛ gnātū. Ipse aūt nō hʒ principiū neqʒ finē sʒ eternū in tpe ifinito. Aliorū aūt motuū qdā sunt quoꝝ primū principium ꝛ iste motus eternus: ꝛ quidam sunt quoꝝ recipiēs qetē eoꝝ est iste motus eternus. Et dicimus ꝙ oēs antiq posuerunt celum esse locum creatoris propter suam incorruptibilitatem ꝛ eternitatem.

¶ Testatur supra suū sermonē per sermones caldeorum antiquoꝝ: quoniaʒ hoc qđ dicunt ꝙ aliquid est mobile velocissime eternū nō corruptibile idē ē cū opione Aristo. de corpore celesti: ꝛ qđ demōstratuʒ est firmiter in 8º physicoꝝ. Declaratū est eni illic ꝙ iste motus est eternꝰ: nō corruptibilis: neqʒ generabilis. ¶ Quoniā aūt est velocissimus motuū declaratū est ex predictis ꝛ etiā ex mathesi. ¶ Et etiā declaratū est in p̄mo tractatu: ꝙ est ꝯtinēs omne continens: quoniā extra ipm nō est locus neqʒ tēpus: ꝛ ꝙ est ꝑfectū. ¶ Et hoc qđ dixit: alioꝝ aūt motuū quidam sunt ꝛc. ꝛ intēdit ꝙ motuū eternoꝝ quidā sunt facientes motus generationis entiū: ꝛ quidam sunt obseruātes eius esse: cuius generatio perficit̄: ꝛ h̄ intendebat per quietem. motus enim generationis quiescit cum ens perficit̄. i. ꝙ motuū eternoruʒ quidam sunt generantes etiam: ꝛ quidā conseruantes. ¶ Et hoc intendebat cū dixit: ꝛ recipiēs. q2 mouens cū receperit motaʒ rem quiescit a motione: ꝛ tūc cōseruabit ipsam. D.d. ꝙ oēs antiqui faciunt ꝛc. i. ꝛ testat̄ h̄ ꝙ oēs leges conueniunt in hoc. s. deum esse in celo ꝛ deum esse eternū: locus autem eterni est eternus.

z Opi. caldeorū eadē ē cū opione Ari. de celo. Idē ṗ celi. 102.

ṗ celi. t. c. 100

Motuum eternoꝝ quidā sunt faciētes motꝰ gnātionis entiuʒ ꝛ qdā ꝯsuantes. Uide ꝑ h̄ secūdo de generatiōe. 56. ꝛ. 12. met. 33. Omnes leges ꝯueniūt in hoc deum esse in celo. Idē. 8. phy. cō. 84. ꝛ p ce li t c. 22. 96. ꝛ. 100.

¶ Nunc aūt testificatur rō ꝙ icorruptibile ꝛ igenerabile. Adhuc aūt ipossibile ois mortalis difficultatis est. Adhuc aūt sine labore: ꝑp neqʒ vna indigeᵗ violēta necitate: que detineat ꝓhibēs ferri aptū natū ipm aliter. Oē.n. tale magis laboriosuʒ q̄to qdeʒ vtiqʒ sempiternus sit ꝛ dispōnis optime expers.

¶ Ratio autem quā complemus dicere testat̄ ꝙ celū nō est corruptibile: neqʒ generabile: neqʒ recipiens passiones: remotum ab

omni occasiõe ⁊ ꝯsumptiõe. Et cũ hoc qđ diximus nõ ẽ corruptibile: neqꝫ fatigabile. Nõ.n.hꝫ aliũ motũ nisi suũ nãlem quapropter nõ indiget ꝟtute nãe ꝓhibente ipm ab illo motu.s.motu naturali. Et oẽ qđ est huiusmodi fatigat̃: ⁊ quãto magis fatigat̃ tanto magis caret bona dispositione.

3 ¶ Uult demr̃are ꝙ h qđ dixit ꝯuenit plibus rõnibꝰ q̃ in eo appent. ¶ Et.d.rõ aũt ⁊c̃.itẽdit p rõnẽ syll'z ex q̊ scimꝰ ꝙ motus eiꝰ est eternꝰ: ⁊ syll'm ex q̊ scimꝰ ipꝫ eẽ simplex ⁊ nõ hře ꝯriũ: ex istis g̊ scimus ꝙ nõ gnãt̃ neqꝫ corrũpit̃ neqꝫ senescit. ¶ D.d.⁊ i h qđ diximus nõ fatigat̃ ẽt.i.appet ex h ꝙ declatũ ẽ ex sua nã ꝙ in h motu nõ cessanti nõ accidit ei labor neqꝫ fatigatio: ⁊ cã illiꝰ est: q: cã fatigatõis i aĩalibꝰ nõ ẽ in eo. Cã.n.fatigatõis in aĩalibꝰ ẽ: q: in eis est p̃nm motꝰ ꝯriũ motui aĩe.s.ps grauis q̃ ẽ i eis. h ãt mouet nos multũ ad ꝯriã ptẽ illi q̃ intẽdimꝰ moueri ex aĩa nr̃a. quapp accidit nobis labor ⁊ fatigatio: ⁊ h ẽ qđ dixit. Nõ eni hꝫ aliũ motũ nisi suũ.i.q: celũ nõ hꝫ motuꝫ nãlẽ aliũ a motu volũtario. ¶ Et iste motꝰ i ipo nõ ꝓuenit a nã sic̃ motus eltoꝝ: qm̃ si eẽt nãle ꝯtigeret ꝙ eẽt cõpositũ ex mã ⁊ forã.g̊ gnãbile ⁊ corruptibile. ¶ Et ꝟtus q̃ ẽ in hac nã ẽ silis forẽ nãli: ⁊ silis forme abstracte. assimilat̃.n.forẽ mãli: q: ipsa dat huic corpori motũ circularẽ: ⁊ ẽ i corpe qđ mouet̃ p ipsaꝫ: ⁊ assimilat̃ forme abstracte: q: nõ diuidit̃ p diuisionẽ corpis in q̊ est: q̃pp nõ hꝫ subꝫ: neqꝫ ꝯriũ: sic̃ đclaratũ est supius. ¶ Recipiẽs aũt istã formã qđ adunat̃ cũ ea est corpꝰ celeste icorruptibile: ad qđ sequũtur dimẽsiones corpales: ⁊ alia accñtia q̃ in eo iueniunt̃. ⁊ iõ forma ⁊ formatũ sunt in eo ideꝫ nuõ: sꝫ f̃m dispõnẽ magis diminutã q̃ꝫ sit adunatio recipiẽtis ⁊ recepti in forᵃ abstracta. ¶ Et cã istiꝰ adunatõis iter istã formã ⁊ suã mãꝫ ẽ: q: nõ cohẽt sue mãe mediãtibꝰ dimẽsiõibꝰ: sic̃ forme gnãbiles ⁊ corruptibiles. ¶ Quapp h mã caret potentia. Et iã declarauimus h in tractatu quẽ fecimus solũ pp h: ⁊ pp hoc ꝙ iste forᶜ nõ sunt diuisibiles f̃ꝫ diuisionẽ corpis recipiũt itell'm. ¶ Quapp hec corpora sunt itelligẽtia ⁊ aĩata f̃m vniuersum: ⁊ pp hoc nõ recipiũt laboreꝫ neqꝫ fatigationẽ: ⁊ ꝓpter hoc illud qđ in sua actiõe est minus fatigatum est nobilius ⁊ melius: bonũ aũt simpliciter est illđ cui nõ accidit in sua actiõe fatigatio.

De cã fatigationis i aĩalibus. Uide ẽt l.2.c.1. de s̃ba orb. ⁊ h.2.6.

Motus celi ñ ꝓuẽit a nã. oppositum.p̃ celi.c.5.⁊.2. phy.c.p̃.⁊.3.

Intell'ntia ñ coheret celo mediãtibꝰ dimẽsionibus. Idẽ p̃ cap.đ s̃ba orbis.

Corpora celestia sũt itelligẽtia ⁊ aĩata f̃m vniuersum. Idẽ.8. meta.cõ.12.⁊ 12.meta.c.36 Bonũ simpliciter ẽ cui nõ accidit fatigatio.

¶ Propter qđ qdẽ neqꝫ f̃m antiquã fabulã suspicãdũ hẽre: q dicũt Athlãte quodã ipsi opus eẽ ad salutẽ. Uident̃.n. ⁊ hunc constituẽtes sermonẽ eandẽ hẽre suspitionẽ his q posterius: vt eni grauitatẽ habẽtibus ⁊ terrenis oĩbus his que sursuꝫ corporibus substituerunt ipsi fabulose necessitateꝫ animatã. Neqꝫ vtiqꝫ hoc modo suspicandum.

¶ Et pp h nõ dicimꝰ in h corpe nobili: neqꝫ opinamur in eo illud qđ qdaꝫ antiquorum opinabant̃: ⁊ dicunt ꝙ celũ indiget aliquo deferẽte ipm appellato athlas: vt f̃uet ipm ⁊ nõ dimittat ipm cadere. Isti ẽt q h dicunt assimilant̃ istis q sunt in tpe nr̃o: ⁊ q putant oĩa corpora supiora grauia: ⁊ pp h dicũt ꝙ indigẽt necẽio anima mouẽte ea. Et sermo ille eorũ non fuit vera rõne sed casualiter.

¶ Dic̃ ⁊ signũ ꝙ opio nr̃a đ suba celi ẽ ꝟa ꝙ nõ sumꝰ 4
coacti in dãdo cãs eoꝝ q̃ appent in celo dicẽ ipossibilia q̃ dicũt multi antiquoꝝ p coactionẽ. U.g. ꝙ dicẽtes celũ eẽ graue oportebat dicere eẽ aliqd deferẽs ipsum ne caderet: qđ dr̃ athlas. ¶ D.d. ꝙ sermo istoꝝ ẽ silis f̃mõi dicẽtĩ ꝙ celũ hꝫ aĩaꝫ q̃ mouet̃ h motu. ¶ Et itẽdebat dicẽ ꝙ q̃uis f̃mo istoꝝ est verus scꝫ ꝙ celũ ẽ aĩatũ: tñ rõ eoꝝ nõ est vera. Isti aũt nõ dicũt celũ hře aĩam: nisi q: est graue: ⁊ dicit nõ vera rõne: q: ꝓpõnes eoꝝ sunt false: qm̃ meliꝰ est dicẽ celũ eẽ leue q̃ꝫ graue: ⁊ iã declatũ ẽ ꝙ celũ neqꝫ ẽ graue neqꝫ leue: sꝫ nãe 3ᵉ. ¶ Et itẽdebat ꝙ q opinat̃ celũ eẽ 3ᵉ nãe nõ indiget vt ponat ferẽs: aut aĩam: aut aliqd extrinsecũ: tñ q̃uis ponat̃ hře aĩam: nõ bñ sentit ꝙ sit graue hñs aĩam: q̃uis aĩa sustentet ipsum ⁊ deferat: tñ indiget alio extrinseco deferente ipsum.

Melius dicere cel[ũ le]ue q̃ꝫ gra[ue]

¶ Neqꝫ pp circũgyrationẽ celerioris exñteꝫ lationis ꝓpria iclinatiõe: adhuc salutari tanto tpe: quẽadmodũ Empedocles inquit.

¶ Neqꝫ ẽt stabilitas celi ⁊ eiꝰ pmanentia est sic̃ dixit Empedocles. Dixit.n. ꝙ celũ est fixuꝫ ⁊ stabile pp eius motus velocitatẽ: qm̃ motꝰ velocitas retinet rẽ totaꝫ ⁊ nõ dimittit rem motã recedere a loco ꝓprio ⁊ sic nõ cadit. Nos aũt dicimꝰ ꝙ si ita eẽt nõ pmaneret tpe ifinito. sed dico pp velocitatẽ sui motꝰ: qm̃ iste motus est violẽtus nõ nãlis. Motus autem violentus non est infinitus neqꝫ perfectus sicut sepe declarauimus.

¶ Dicit ⁊ signũ veritatis nr̃e opionis est etiã: qm̃ nõ 5
sumus coacti dicere causaꝫ stabilitatĩ celi quã Empedocles dixit. Ille eni dicit ꝙ cã qua celuꝫ nõ cadit est velocitas sui motus. appet eni ꝙ res velocis motus.s.circularĩ pmanet in suis locis. ¶ D.d.nos aũt dicimus ⁊c̃.i. ꝙ si cã stabilitatis celi in eodẽ loco eẽndo graue eẽt velocitas motus: nõ duraret in ifinituꝫ stãdo in vno loco: neqꝫ motꝰ eiꝰ eẽt ifinitꝰ. ¶ D.declarauit hoc: ⁊ dixit: qm̃ iste ẽ motꝰ ⁊c̃.i.velocitas motus nõ est cã sustẽtatiõis celi: q: est motus violẽtus: motꝰ aũt violẽtus ipoĩe est vt sit eternꝰ aut pfectus: ⁊ iõ declarauimus ꝙ motꝰ iste est pfectus ⁊ eternus. ¶ Et syll's qdẽ sic cõponit̃ in scđa figura: motꝰ celestis est eternꝰ ⁊ pfectꝰ: motꝰ q est cã stabilitatis moti nõ ẽ eternꝰ neqꝫ pfectꝰ.g̊ motꝰ q ẽ cã rei mote stabilitatis nõ ẽ motꝰ celestis. ¶ D.declauit ꝓpõnẽ dicẽtẽ ꝙ motꝰ q est cã pmanẽtie rei mote in eodẽ loco non est eternꝰ. in pᵃ figᵃ sic. Motꝰ q est cã pmanentie rei mote i eodẽ loco ẽ violẽtꝰ. Sꝫ motꝰ violẽtus nõ est eternꝰ. Ergo motꝰ q ẽ cã pmanẽtie rei mote in eodẽ loco nõ est eternꝰ. ¶ D.declauit ꝓpõnẽ maiorẽ sic. Qđ violẽte mouet̃ ꝯriũ ẽ suo motori. Et oĩs motor hñs ꝯriũ nõ sp mouet. Ergo oĩs motio motoris violẽte nõ est eterna: ⁊ cũ huic ꝯiũcta fuerit: ꝙ oẽ cꝰ motio ñ erit eterna: illđ qđ ab eo mouet̃ nõ erit eternũ: ꝯcludet̃ ꝙ illđ qđ mouet̃ a motore vioᵗᵒ ñ ẽ eternũ.

¶ Sed adhuc neqꝫ ab aĩa rõnabile cogente manere sempiternũ. Neqꝫ eni aĩe possibile esse talẽ vitã sine tristitia ⁊ beatã. Necẽ eni

⁊ motu

⁊ motu cū violētia existēte: siquidē mouet ferri apto nato primo corpore aliter: ⁊ mouere cōtinue sine vocatiōe eē: ⁊ oi carēs robore prudēti. Sīqdē neqꝫ vt aie mortaliuꝫ aialiū est reqes circa somnū facta corporis remissio: sed neciū sustētātis cuiusdā ptē retinere ipsaꝫ sempiternā ⁊ icorruptibilē. Si itaqꝫ queadmoduꝫ diximꝰ ꝯtingit dicto hīe mō de prima latiōe: nō solū ipsius de sempiternitate sic existimare melius: sed ⁊ diuinationi ei que est dijs solū vtiqꝫ habemꝰ sic cōfessa enūciare cōcordes sermones: sed taliū quidē sermonuꝫ satis sit nunc.

¶ Et dico ꝙ celū nō dꝫ esse eternū ꝑmanēs ꝓp aiaꝫ quā hꝫ. Quidā .n. dicunt ꝙ celū est eternū ꝑmanētis essentie: qm̄ hꝫ aniaꝫ: ⁊ ꝙ aia cogit ipm̄ vt sit eternū permanēs: ⁊ iste ꝟmo est ipossibilis. Qꝛ ista vita ipoſe est vt sit sine fatigatiōe: ⁊ sine labore. Et ipoſe est vt sit laudabilis bona: qꝛ mouet corpus ꝟm aliū modū a suo motu ꝓprio. Et sic erit necessariū in negocio ⁊ carēs oio nō vexatiōe exñte ex hñti itellectū. Et cū ita fuerit oio nō hēbit nō vexationē. Neqꝫ assilat nō vexationi aiaꝝ aialiū in sōno. Et tūc assimilat fabule antiquoꝝ de egsor qđ est eternuꝫ ⁊ semꝑ mouet violēte sine fine ⁊ sine qete. Et dico ꝙ ꝟmo eoꝝ in isto motu ē sine rōne: sic ꝟmo eoꝝ de mltitudie deoꝝ. Et nō oꝫ nos iudicare res ꝑ ꝟmonē dicētes: sꝫ ꝑ veꝝ ꝟmonē: ⁊ firma rōe. Volumꝰ igr̄ fugē istos ꝟmōes ⁊ fabulas ⁊ reuerti ad narrādū h̄ qđ remanet de dispōne hꝰ nobilis corꝑis .s. celi.

6 ¶ Qꝛ aliq dicūt ꝙ ꝑmanētia celi ⁊ ꝑmanētia sui motus est ꝓp aiaꝫ: vult ꝯdicere eis cū isti ꝟmoni ꝯtigat ipoſe: qꝛ motio corꝑis ab aīa qđ est hꝰ ē motꝰ violentus: ⁊ silr̄ suū eē viuū. ⁊ silr̄ qđ mouit dicētē h̄ ad credendū hoc est: qꝛ appꝫet ꝙ cā ꝑmanētie istoꝝ q̄ sunt apud nos ī vita quodā tp̄e nō est nisi ꝯiūctio aie cū corꝑe: ⁊ vl'r gnāle hoc est in oibꝰ entibꝰ que sunt apđ nos .s. ꝙ forme eoꝝ sūt cāe sue ꝑmanētie in aliq̊ tp̄e. Isti igr̄ cū credebāt hoc ⁊ videbāt ꝙ entia sūt durabiliora alijs .s. ꝙ quāto magis forma fuerit ꝑfectior tāto magis remanebit ens: dixerūt ꝙ aīa celi est nobilissima aiaꝝ corpoꝝ ⁊ ē corpꝰ nobilissimū oīuꝫ corpoꝝ: dixerunt ꝙ aīa est cā ꝑmanētie eiꝰ eterne: ⁊ ipse vult ꝯdicere eis: ⁊ qꝛ ꝯdictio itrat eos q ponūt h̄ corpus hr̄e ꝯriū motū motui aie dicit. ¶ Et iste ꝟmo ipoſis ⁊c̄. i. ⁊ ꝟꝫ modū aliū a suo motu nālī: ⁊ nō debemus itelligere ex h̄ motū tm̄: sꝫ ēt durabilitatē eēntie illiꝰ entis aiati .s. ꝙ durabilitas eēntie in eo ꝟꝫ modū q̊ est recipiēs aiaꝫ est ꝓp aiaꝫ. ¶ D. d. Si ḡ est sic erit semꝑ in negocio ⁊c̄. i. ⁊ si motꝰ celi ē ꝓp aiaꝫ ⁊ hꝫ in se mobilitatē ꝯriā motui aie: tūc celuꝫ qꝛ motꝰ eiꝰ est eternꝰ: caret oio nō vexatōe exñte in oi qđ mouetur ab itellectu ⁊ erit sꝑ in negocio ⁊ labore: qꝛ nō i-

Sꝫ vide i. 2. ca. ᵭ s̄ba orbꝫ: qꝛ ideꝫ ibi tenet ꝯmē.

Vl'r gnāle est hoc in oibus ētibꝰ q̄ sꝫ apđ nos ꝙ forme eoꝝ sunt cāe sue ꝑmanētie in aliq̊ tp̄e.

uenit in eo qes q̄ iuenit ī aialibꝰ .s. sōnꝰ ⁊ qes. Somnus .n. ⁊ qes in aialibꝰ necio sūt ī eis ꝓp laborē. labor aūt nō est nisi qꝛ in eis existit ꝑnᵐ ꝯriuꝫ motui anie. ¶ Ideoqꝫ dicit: ⁊ cū ita fuerit nō hēbit nō vexationē oio ⁊c̄. i. ⁊ necio est vt nō hēat qetē: qꝛ nō hꝫ dispōnē silēꝫ illi q̄ est ī aialibꝰ apđ somnū: ⁊ ē ꝟmo eoꝝ ī celo silis ꝟmōi antiq̊ꝝ ⁊ dicētiū aliqd eē motū motu violēto sine ꝑnᵒ ⁊ sine fine: qđ vocabit sic .s. egsor. ¶ D. d. ⁊ dico ꝙ ꝟmo illoꝝ de illo motu eterno ē sine rōe .i. qꝛ h̄ qđ dixerūt de h̄ ēte ipꝫ eē hꝰ ē ꝟmo dictꝰ sine rōne sic dicebāt ꝙ dij sūt ples sine rōne: ⁊ qꝛ oia ista sūt apologi q̊s ponūt ponētes leges ad rectificatōeꝫ ciuiū: a vitate aūt sunt remota ⁊ ab itellectu hūano d. volumus igit fugere ⁊c̄. Cap. II.

Jō ī aialibꝰ est labor: qꝛ ī eis existit ꝑncipiuꝫ ꝯrium motui anie. Ideꝫ .8. cō. 3. ⁊ .j. 71.

Cōtra ponētes leges.



Qoniā aūt qdā sunt q dicūt eē aliqd dextrū ⁊ sinistrum celi: queadmodū vocati pithagorici: illoꝝ .n. iste ꝟmo est: ꝯsiderādū vtꝝ hoc se hꝫ: vt illi dicūt aut magis alr̄. Siqdē opꝫ adaptare toti corpori hec pricipia. Cōfestiꝫ eni si dextrū existit ⁊ sinistrū adhuc priꝰ priora existimādū pricipia existere in ipso. Determinatū est qdē igr̄ de his in his q circa aialiū motꝰ: ꝓp ꝓpria nāe illoꝝ inesse. Manifeste eni in aialibus existētia videnṫ. His qdē oēs tales partes: dico aūt puta ⁊ dextruꝫ ⁊ sinistrū. His autē quedā. Plantis autē sursum ⁊ deorsum soluꝫ.

¶ Dicamꝰ igr̄ ꝙ aliq antiquoꝝ dixerūt celū hr̄e dextrū ⁊ sinistrū .s. secta pithagoricoꝝ: qdā .n. eoꝝ h̄ dicūt. Et volumꝰ ꝑscrutari de hoc ⁊ dicamꝰ ḡ. ꝙ si opꝫ attribuere corpori totiꝰ ista pricipia dextrū .s. ⁊ sinistꝝ: ⁊ ꝙ attribuemꝰ corꝑi pricipia priora istis necio .s. supiꝰ ⁊ iferiꝰ: ⁊ āte ⁊ retro. Et hec qdē pricipia ꝺstructa sūt ī libro quē fecimꝰ de motibus aialiū. Ille aūt dispōnes sūt ꝯuenietes naturis aialiū: ⁊ ī eis sūt māifeste. Sꝫ aialia q̄dā hñt h̄ oia .s. dextrū ⁊ sinistꝝ: sursū ⁊ deorsuꝫ: añ ⁊ post: ⁊ q̄dā hñt ante ⁊ retro. Vegetabile aūt nō hꝫ nisi supiꝰ ⁊ iferiꝰ tm̄.

